Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

aba

et nō saluabis Cur ostendisti mihi iniquitatem et laborem vidēs prædam
et iniustitiam coram me Et factus est iudicium et contradictio prevalet
hoc dilacerata est lex et nō pervenit usque ad finem iudicium quia impius
prevalet adversus iustum propter hoc egredietur iudicium perversum Aspicite
gentes et videte et admiramini et obstupescite quia opus factum
est in diebus vestris quod nemo credet cum enarrabitur quia ecce ego
suscitabo chaldeos gentem amarum et festinantem ambulantem super lati
tudinem ut possideat tabernacula non sua Horribilis et terribilis
est ex semetipsa iudicium suum egredietur leviores pardis
equi eius et velociores lupis vespertinis et diffundentur equites eius
Equites eius longe venient volabunt quasi aquila festinans
ad comedendum Omnes ad prædam venient facies eorum ventus vrens
et congregabit quasi arenam captiuorum et ipse de regibus illudet
et principum ridiculi eius erunt Ipse super omnem munitionem ridebit
et conportabit congerens et capiet eam Tunc mutabit spiritum et pertransibit
et corruet hic fortitudo eius dei sui Nunquid non tu a principio domine deus meus
et non morieris domine iudicium posuisti eum ut fortem ut corripe
fundasti eum Mundi sunt oculi tui ne videas malum et respicere ad
iniquitatem non potes Cur non respicis super iniquos agentes et tacens de
uorare impium iustiorem se Et facies homines qui piscium maris et
qui reptile non habent principem Totum thamo sublevauit hamo
illud in sagena sua et congregauit in retiaculo suo Et propterea letabitur
et exultabit propterea immolabit sagene sue et sacrificabit reticulo
suo quia in ipsis incrassata est pars eius et cibus eius electus propter
hoc ergo expandet sagenam suam et semper interficiet gentes non pet.

r 2. Super custodiam meam stabo. II

Et figam gradum super munitionem et contemplabor ut videam
quid dicatur mihi et quid respondeam ad arguentem me Et
respondebit mihi dominus et dixit Scribe visum et planum eum super tabu
las ut pervadat legentem eum quia adhuc visio pauisabit in
finem et non mentietur Si moram fecerit expectabit illum quia veniens veniet
et non tardabit Ecce qui incredulus est non erit rectum anima eius in se
metipso iustus autem in fide sua viuet Et quomodo vinum pro
tantum deceptum. sic erit vir superbus et non decorabitur qui dilata
uit quasi infernum animam suam et ipse quasi mors non adimplebitur